



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

Conradvs III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

Superioribus etiam hoc adiucere libet, electo iam Lothario non omnino defuisse maleulos, ac inuidos. Narrat enim Helmoldus in hist. Slavorum cap. 42. & cum eo Albertus Abbas Stadensis ad an. 1126. in electione Lotharii. Indignati autem Francigenae virum Saxonem eleutatum in Regem, conati sunt alium suscitare Regem, Conradum videlicet, consobrinum Henrici Caesaris. Præualuit autem pars quæ fuit cum * Ludero, abiensque Romanam promotus est * Lothario. ad apicem Imperij per manus Innocentij Papæ, quod tamen contigisse ait Albertus Anno 1133.

CONRADVS III.

LOTHARIO mortuo succedit in Imperio Conradus III. de quo Otto Frising. lib. 7. cap. 22. Anno, inquit, ab Incarnatione Domini 1138. defuncto in Autumno sine filiis Imperatore Lothario conuentus generalis Principum Moguntiae in proxima Pentecoste indicitur. Quidam autem ex Principibus timentes ne forte in generali curia Henricus Dux Noricorum, qui tunc præcipui & nominis, & dignitatis in regno fuit, per potentiam præualerer, circa medianam Quadragesimam consilio habito in oppido Gallæ Confluentæ conuentum celebrant, ibique Conradum, Imperatoris Henrici sororium, de quo supra diximus, præsente Theodo uno Episcopo Cardinali, ac Sanctæ Romanae

G

Ecclesia

Ecclesiae Legato, summi Pontificis, ac totius Romani populi, vrbiumque Italie assensum promittente
 94. ab Augusto Regem creant. Quis mox ad Palatium Aquis veniens à prædicto Cardinale (nam Coloniensis qui id facere iure debuerat, nouiter in thronisatus pallio carebat) cooperantibus Coloniensi & Tretirensi Archiepiscopis cum ceteris Episcopis, in Règem vngitur. Idem refert Dodechinus ad an. 1138. sed audiamus quod ab Ottone Fris. ibidem mox additur: At Saxones, & Dux Henricus aliisque qui electioni non interfuerant, regem non legitimè, sed per surreptionem electum calumniabantur: Quibus omnibus in proxima Pentecoste generalis Curia Babenberg indicitur.

Eandem historiam idem prosequitur in gestis Frider. I. Imp. lib. 1. cap. 22. Et per omnia dicit eadem Conr. Abbas Vrsp. ad an. 1139.

FRIDERICVS I.

CONRADO defuncto successit Fredericus I. dictus à barba rufa AEnobarbus, vel Barbarossa, cuius electionem grauissimus Author Otto Frising. dicti Friderici Imp. patruus lib. 2. de gestis Frid. Imp. capitulo I. quod breue est, ideoque integrum huc transcribam, enarrat.

Anno ab Urbe condita MDCCC. ab Incarnatione vero Domini MCLII. decedente ab hac luce ver-